

102 CASP. BARTHOL. I. I.

*Ex multum perforato transitu verò,
saltatione manuum,
Concordem pulsabant cantum mugien-
tis Tibiæ.*

*Digiti saltantes, stringentes cantile-
nam.*

*Ful. Pollux lib. 4. Ἀπόδειξαι καὶ τὴν
ωλητῆ δ' ἰχθείαν, καὶ τὴν παχυχειρίαν, καὶ
τὴν δ' ἰχθείαν. Nota etiam Tibicinis
manuum agilitatem, & celeritatem,
& facilitatem. Totum artificium con-
stitit in facili digitorum contractione
& porrectione, juxta effatum Cice-
ronis de Nat. Deor. lib. 2. Digitorum
contractio facilis, facilisque porrectio,
propter molles commissuras & artus,
nullo in motu laborat: itaque ad pin-
gendum, ad figendum, ad sculpendum,
ad nervorum eliciendos sonos ac Tibia-
rum, apta manus est admotione digito-
rum. Unde Tibiis lyrisque tractatis si-
bi obtritas manus conqueritur ille apud
Aristophanem in Convivatoribus, te-
ste Athenæo. Et hoc idem est quod ar-
gutia digitorum significant, & ad nu-
merum*